

PRO-RECTOR REGIÆ ACADEMIÆ
HAFNIENSIS

D. JOHANNES
BAGGERUS
SÆLANDIÆ EPISCOPUS ET
FACULTATIS THEOLOGICÆ
DECANUS. L. S.

TAlem eheu! nobis, haud aliam pro-
dolor, nec ab ineunte ætate vitam na-
tura concessit, ut citius lacrimæ nobis
desint, quam causæ dolendi, primum nascentium
melos fletus est, primum lallantis lingvæ
auspiciū ploratus, hæc Musicâ orientium cunæ,
hæc eâdem morientium lectuli strataq; perso-
nant, hoc principio edimur, & huic principio
totus sequentium annorum ordo consentit.
Nondum consenuit luctus, quo magnum artis
Medicæ decus nuperrimè amissum eluximus,
cùm ecce novo iterum eoq; adhuc acerbior
nos exulceratos effusasq; per genas affatim la-
crimas coacervari rursus sentimus, nec diffite-
ri possumus, quin, si quantum amiserimus lu-
crum

PRO

L. S.